



1. Antonij. s. Pauli / Diss. de Libertate
Christiana, Halle 1706.
2. Baumgarten s. Sijim. Jar. / Diss. de
Christo Homine obligatione Legum
Divinarum antecedente et externa
soluto Halle 1742.
3. ——— Diss. de Officiis S. Scripturae
naturali et Supernaturali, Halle
1742.
4. ——— Diss. de Vocatione Dei ad
Salutem, Halle 1742.
5. ——— Examen Miraculi Legionis
fulminatricis, Halle 1740
6. ——— Diss. Vindiciae textus Graeci N. T.
contra Joh. Harduinum exhibentem, Halle
1742.
7. ——— Diss. de imputatione peccati Adami,
tunc posteris facta, Halle 1742.

29. c.
Q. D. B. VI!
DISPUTATIO III.

qua
INDIFFERENTISMUM
RELIGIONUM,

sub Erici Fridlibi larva
impie defensum,

*In celeberrima ad Albim Academia
examinant juxta & improbant*

PRÆSES

GOTTLIEB VVERNSDORFIUS,
Theol. D. & P. P. Extraord. Collegiique
Philos. Adj.

&

RESPONDENS
LUDOVICUS BREDOVV,

Berolinensis.

d. Octobr. A. R. S. c 1710ccI.

VITEMBERGÆ,
Prelo CHRISTIANI GERDESII.

Q. D. R. N.

DISPUTATIO III

INDIFFERENTISMUM
RELIGIONUM

Subiecti iudicialis
impie detentum

Institutione
per KESSEL

GOTTLEB VITRSDORFFIS
Theol. D. & P. P. V. Collegiive

RESPONDENS
LUDOVICUS BRÉDOVA

in
G. A. A. S. class. I.

VITRBERGAE
P. J. CHRISTIANI GERDICH





§. I.



Mprobus Indifferentismi Religionum
vindex *Fridlibius*, vel Orthodoxos
ipfos, opinioni fuæ, quod *quilibet*
in qualibet religione falvari poffit,
patrocinari §. 16. feqv. allaboravit
evincere. Quod ipfum quam non
modo *impudenter* fed *folide* quo-
que ab eo fit difputatum fuperiori

Differtatione docuimus. Jam licet parum abfit, quin
operæ ftudiiqve in chartis illis refellendis a nobis collo-
cati pœniteat, infulfisfime quippe, ac indignisfime fcri-
ptis, moniti tamen ab aliis, ut fidem publice datam li-
beraremus quantocyus, cetera, quæ alicujus momenti
effe videbuntur, propitio Numine perfeqvemur, idque
per adverfarii eundo veftigia, ne ordine illius deferto
ftudiofe quicquam a nobis neglectum præteritumque
fuiffe conqueri poffit.

§. II. Ac initio quidem n. 19. urget fanaticus, ab ipfis-
met Noftroatibus concedi, quod nonnulli, minimum *extra*
ordinem, in religione Pontificia & Reformata falventur,
idque ad commodum interpretatur fuum, ac infert, ex-
traordinariam faltem vocationem illis religionum cor-
ruptelis impediri non poffe. Mox inveniffe fibi ratio-

nes videtur, ob quas, etiam *ordinarie*, quemlibet in quolibet religione salvari posse existimet. Nos in respondendo ita procedimus ut relictis omnibus in religione corrupta *pretio suum a vili, aurum a scoriis, veritates a superstitionibus* & affumentis hominum secernamus. Distingvimus etiam inter religionem corruptam in sensu *composito*, & in sensu *diviso*, nec non inter *conversionis initium*, & ejus *complementum*: postremo inter *conceptionem fidei*, conceptæque *custodiam ac defensionem*. His observatis statuimus, per admittas religioni corruptelas, quales hæcunque fuerint, hominem nec *ordinarie*, nec *extraordinarie* vel converti, vel etiam salvari. Sanctificandi enim sumus in *veritate*, non in *mendacio* Jo. XVII, 17. Per veritates autem refiduas quales e. g. in Papatu sunt Decalogus, Symbolum Apostolicum, Oratio Dominica, Pericopæ Evangelicæ, Baptismus, Absolutio & alia, utroque id modo fieri putamus. Sunt enim verbum DEI, cui perpetuum & proprium, adeoque *ordinarium* est accendere fidem, & *conversionem* hominis operari. Quod vero non obstantibus corruptelis in dispensatione verbi Sacramentorum plurimis gravissimisque hoc evenit, ac tot inter pericula & infidias accensa semel fides constanter retinetur, in eo vim quandam Numinis ampliozem, velut extra ordinem intervenire, vix est quod dubitemus. Urges: Ergo *corruptela religionis homini salvando non obsunt*. Resp. Quod huic vel illi non obsunt id abundanti Numinis *gratie*, non religionis *natura* tribuatur necesse est. Quæ extra ordinem fiunt, non sunt trahenda ad regulam. Sunt qui araneis, lapidibus, testis sine noxa vescuntur: Justus Jonæ puer admodum cepe abcessui pestilenti impositum citra contagium avide devoravit: nec

nec tamen inter venenatum ac salutarem cibum discrimen esse definit. Sufficit ad improbandam religionem, quod *per se* ex illa effectus salutaris non sequitur, etsi providentia Numinis per illam non semper intercipitur.

§. III. Instas: *cur vero non etiam ordinarie Pontificius aut Reformatus sua in religione salvatur.* Respondemus, quod recte præcepisti mente, quia non est veræ omnino puræque religioni additus. Hic autem a fanatico excipiuntur ea, quæ hominis ignorantiam juxta & malitiam arguunt manifesto. Adscribemus verba ne quid detraxisse sententiæ videamur: *Es ist / inquit, nur eine wahre Christliche und seligmachende Religion, und die heißet nicht die Papistische / Lutherische / Reformirte / Sociniansche / Wiedertäußerische / Pietistische / ic. sondern schlechter dings die Christliche Religion, d. i. eine solche / die nicht auff Theologische Facultäten / Ministeria, Pabste / Confessiones, Systemata, Catechismos, äußerliche Ceremonien / und dergleichen / sondern einig und allein auff den Mittler Christum gebauet ist / von dessen ewigen Geburt / Person / Naturen / Gegenwart / sie nicht streitet / schreyet / zanket / und Ketzer machet / sondern / solches alles an die Seite setzet / und ihren GOTT und Heyland Christum einfältig erkennet / daß er gnädig und ein Herr zu helfen sey / und wenn nur die Befserung des Willens erfolget ist / so kommt das andere in der Liebe hernach / was dem Anfänger solcher Religion nöthig ist. Quod non nisi unam veram & Christianam religionem statuit, recte statuit. Veritas non nisi una est. Quicquid etiam veritatis hæreticæ & corruptæ restat, id ei per & propter nonnullum cum vera & orthodoxa religione consensum restat. At Lutheranam veram non esse, (pro hac enim propugno, ceteri viderint de suis,) cur a fanatici-*

co negatur? Ostendat, si Vir est, Libertinus, quodnam doctrinæ, quodnam pietatis caput nostra religione lædatur! Equidem carpere illam, & quantum in ea desiderari possit, jactare, quod fecit Noster §. 50. dicens: Es wäre ein grosses zu untersuchen / ob denn die Lutheraner so gar ohne Macul seyn in ihren Lehren / worbey ein NB. überaus sehr grosses Bedencken habe: mendacissimus quisque vanissimusque potest. Sed fides dictis facienda fuerat per exempla. Causidicum saltem e trivio non decebat hæreseos postulare religionem, cujus an elementa Catechetica satis imberit merito dubitatur. Puerile est insulsum, quod a Libertino, & Libertini Magistro alio loco affertur, religionem nostram pro vera non agnoscī ab omnibus, eandemque Papicolis & Reformatis, aliisque perinde videri falsam, ut illorum videtur nobis. Namque & olim *Phariseis* & Sadduceis *Pauli* religio perinde videbatur hæretica, ut *Phariseorum* & Sadduceorum videbatur *Paulo*. *Act. XXIV, 5. 14. XXVI, 5.* Nec tamen quo jure Paulus *Pharisaicam* religionem dixit hæreticam, eodem *Pharisei Paulinam*. Sentio fanaticum hoc ideo persuasum sibi habere, quia non minus Lutherana recedit a Pontificia, Sociniana & aliis, quam hæc universæ recedunt ac dissentiunt a Nostra. Idem quondam statuisse, *Henricum Nicolai Gedan.* patet e *Calov. Armin. p. pen. App. n. XVI. de Ecclesia.* Quæ tamen una si causa sufficit, sequitur religionem salutarem & veram inde a mundo condito sectæ ac hæreseos infimulandam fuisse, quia, uti nunquam non extiterunt religiones *falsæ*, sic ab iisdem perpetuo dissentire ac recedere debuit *Ecclesia orthodoxa*. Atque hæc dissensio tam fuit necessaria, quam necessaria fuit inimicitia inter semen mulieris, & inter semen serpentis

Gen.

Gen. III, 15. quamque conciliari secum non possunt Christus & Belial, veritas & mendacium. Ipsa vero dissensio & segregatio innuitur nominibus distinctivis, quæ uti pro necessitate segregationis & ipsa sunt necessaria, sic non sunt signa mendacii & hæreseos, sed orthodoxiæ & veritatis. Gratularemur Ecclesiæ suam felicitatem, si tantus esset in doctrina consensus, ut iis discretivis vocabulis posset supersedere. Sponte aboleremus, si omnes reje-ctis erroribus cederent veritati. Quod cum per artes Satanæ, & pertinaciam hominum expectari non queat, quis improbabit Bonus, purum sanctumque DEI cœ-terum veritatis custodem ac vindicem peculiaribus discre-tionis vocabulis a sectis & hæresibus se distinxisse? Etenim si quis rogatus hoc tempore, quam ipse religionem profiteatur? respondeat *Christianam*, parum ad rem re-gesserit, quum *nomine* Christiano superbiunt plurimi, *rem* pauci oppido habeant, & nullæ non pestilentissimæ hæreses sub Christianæ religionis nomine venena sua occultent. Discretivis proinde vocabulis carere non possu-mus, quæ si ob illud *1. Cor. I, 6. seqv.* sunt abolenda pro-miscue, vereor ne *Christianum* quoque tollendum sit, quippe quod & ceteris eo in loco additur, & non minus ratione Judaicæ, Mahumedanæ ac Ethnicæ est discreti-tivum, quam ratione Pontificiæ, Reformatae Sociniana, aliarumque est Lutheranum. Utcunque igitur peculiari sese nomine ab aliis distingvat religio nostra, tamen hac de causa Christianam esse male negaveris.

§. IV. Sed nova nunc sequitur ratio, ob quam Luthe-ranam Religionem veram esse & Christianam inficiatur fanaticus. Innuit enim *eandem Ministeriis, Systematibus, Symbolis, Confessionibus & aliis idgenus inniti*, quum tamen
Chri-

Christiana religio non nisi unicum habeat fundamentum, IESum Christum, simplici fide apprehendendum. Negat proinde Theologorum, negat Sacerdotum collegiis religionem inniti. Nos ante omnia inter *orthodoxa*, & capitalibus erroribus *corrupta* distingvimus. His tantum abest, ut innitatur religio, ut funditus, etiam destruat. Dantur enim τῆς ἀπαλείας hæreses 2. *Pet. II, 1. & 21.* ipsiqve hæretici deceptos a se duplo, quam sunt ipsi, majores faciunt gehennæ filios *Matth. XXIII, 15.* conf. *Matth. VII, 15. Act. XX, 29. Gal. I, 8.* Itaque in Pontifice Romano & aliis heterodoxis inniti religionem recte negamus: De nostris, Aug. Confessionis societatem professis, nec ullius in doctrina erroris unquam convictis eo, quem exponemus, modo, verissime affirmamus. Id quidem nunc dant operam Novatores quidam fanatici, ut Ministerium verbi quibusvis rationibus in contemptum adducant, deqve illius auctoritate detrahant, judicandiqve de subnatis in religione controversiis potestatem eripiant, sibiqve, illarum licet ignarissimis, vindicent. Veruntamen hoc non alio haud dubie consilio faciunt, quam quo Lupus in fabula canes a grege, vel Macedo Philippus Oratores ab Atheniensi republica remotos esse cupiebant, nempe ut per Theologorum & sacerdotum ruinas ad totius religionis doctrinæqve subversionem grassentur. Nos S. literarum ductum secuti scimus religionem in Theologorum & Ministrorum verbi collegiis vel maxime inniti (a) ratione *doctrinæ publicæ & dispensationis. Labia enim sacerdotis custodiant scientiam & Legem requirant ex ore ejus: quia angelus Domini exercituum est Mal. II, 7.* conf. *Rom. X, 14. 17. Matth. XXIII, 3. 4. 1. Tim. IV, 15. 16. VI, 13. 15. 20.* Nititur in iis (b) ratione *custodiæ & defensionis.*
Homo

Homo enim Dei, adaptatus esse debet ad exercendum *elen-
chum* 2. *Tim.* III, 17. Eundemque oportet cum mansuetudine
castigare illos qui obstitunt c. II, 25. & *tenacem esse* illius, qui se-
cundum doctrinam est, fidelis sermonis, ut potens sit et-
iam *exhortari per doctrinam sanam, & contradicentes convin-
cere* Tit. I, 9. Addantur gravissimæ Pauli adhortationes
1. *Tim.* IV, 15. 16. c. VI, 13. 15. 20. 2. *Ep.* IV, 2. Innititur in iis (c)
ratione *propagationis & conservationis*. Hinc denuo Timo-
theus a Paulo jubebatur a se per multos testes *audita fide-
libus commendare*, παραθεῖναι, hominibus, qui & ipsi essent
idonei ad alios docendos 2. *Tim.* II, 2. Hujusque rei gratia
Titus relictus erat in Creta, ut τὰ λέγοντα, corrigere perge-
ret, & *oppidatim constitueret Presbyteros* c. I, 5. Quin hoc sine
Christus dedit Doctores & Pastores, ut prærentur san-
cti, ad instar discipulorum & magistris *Luc.* VI, 40. εἰς ἔργον δια-
κονίας, εἰς ἀποδομὴν τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ, h. e. ad ministerium
publicum, & ædificationem Ecclesiæ. conf. 1. *Tim.* III, 17.
2. *Tim.* III, 17. 1. *Pet.* V, 10. *Act.* I, 25. 2. *Cor.* V, 18. *Eph.* I, 23. *Col.* I, 18.
Denique innititur doctrina & religio Theologorum &
sacerdotum collegiis (d) ratione *exempli & imitationis*, in
doctrina, juxta & *moribus*. Debent enim esse τύποι fidelium
in sermone, in conversatione in dilectione, in Spiritu, in fide,
in munditie 1. *Tim.* IV, 12. *in bonitate operum, & sinceritate do-
ctrinæ* Tit. II, 7. conf. 1. *Pet.* V, 3. Invicem fideles jubentur
memores esse τῶν ἠγασμένων qui ipsis locuti sint sermonem Dei,
eorumque *imitari fidem, considerantes qui fuerit exitus*
conversationis illorum: quin etiam parere & obedire iisdem
Hebr. XIII, 7. & 17. *Causam volumus? Ne circumferantur*
doctrinis variis & peregrinis cap. cit. c. 9. His de causis Jaco-
bus, Petrus & Johannes Paulo dicuntur *ὑλοί, fulcra &
columnæ*, queis Ecclesiæ innitatur *structura* *Gal.* II, 9. non
B modo

modo ratione *auctoritatis* sed etiam *doctrina*. Urges: *atq̄s non nisi unum est fundamentum, Christus. 1. Cor. III, 11. Act. IV, 12.* Est utiq̄ve, sed *Principale & ultimum*: Minus principale & *medium* est ministerium publicum a Christo sibi subordinatum. *Illi religio & cum religione Ecclesia innititur, ratione institutionis, & Magisterii: huic ratione dispensationis & Ministerii.* Utrumq̄ve Paulus complectitur *Eph. II, 20.* ædificati estis super fundamentum Prophetarum & Apostolorum angulari lapide JESU Christo. Ab Apostolis enim ad reliquos Doctores & Ministros rectissime concludi patet, quia non solum perinde ut illi sunt instituti a Christo *1. Cor. XII, 18. Eph. IV, 11.* sed horum quoq̄ve sunt successores in munere, & ad ædificationem corporis Christi, ceu architecti, concurrunt *1. Cor. III, 10. Eph. IV, 12. seq.* Quapropter non magis pugnat religionem Christo, & ministris hujus inniti, quam rempublicam a Principe, & Principis legatis & consiliariis gubernari. Dixeris: *hoc dignitatis facile Te concessurum ministris religionis vera: est nondum evictum esse Lutheranos esse hujusmodi.* R. Quisq̄ve præsumitur & reputatur bonus, donec ostendatur contrarium. Quid sentiant, quidve doceant Ecclesiarum nostrarum ministri, est in propatulo. *Palam illi loquuntur in mundo, Magistri sui exemplo Jo. XVIII, 20. docent in Scholis & templis quo omnes Christiani conveniunt & in occulto loquuntur nihil.* Probenitur igitur Spiritus, num sint ex DEO, an ex diabolo *1. Jo. IV, 1.* Probare omnes & posse & debere alibi est ostensum. Vid. *Dannb. de Probat. Spirit. p. t.* Quoad interim nullius in doctrina erroris convicti sunt, religionem quoq̄ve, iis, quos recensuimus, modis in iisdum inniti, salva, quæ Christo capiti debetur, reverentia recte existimatur.

§. V. Quod ad Confessiones spectat & Symbola, etsi in his *formaliter* sumptis non innititur religio, quatenus est *constituenda*, & *ordinanda*, nititur tamen quia est aberroneis falsisque *distingvenda* & *profitenda*. Nam quod n. 48. obvertit fanaticus, Apostolos eadem, dum in Scripturis nusquam laudaverint, facile improbasse, hoc, utut cum acumine dictum velit, frigidum est & infusum. Sufficit illa in Propherarum & Apostolorum scriptis solide esse fundata, & quoad rem & sententiam ipsissimum DEI verbum. Quod demonstratum a nobis in de *Auctoritate LL. Symbolicorum* Dissertatione appetiit in Sua de *contractu non prelecto* Dn. L. Böhmerus, *Halis Sax.* Anno 1700. emissa, & licet Symbola interpretationes esse eorum, in ipso DEI verbo quæ proferuntur, concedat, negat tamen *eandem esse Interpretationis*, & *ipsius verbi divini rationem*, magnamque inter utrumque *differentiam esse existimat*. Quo ipso tamen prodidit Vir bonus, se nec quid *Dei verbum*, nec quid sit *verbi Dei interpretatio*, satis intelligere. *Verbum enim Dei* nihil est aliud, quam conceptus divinus de rebus divinis per Scripturam nobiscum communicatus. *Interpretatio* autem est investigatio illius sententiæ & conceptus. Jam erutus ab interprete sensus vel *conformis* est conceptui divino, vel *non conformis*. Sin *illud*, eadem erit *Dei concipientis*, perque verba *significantis*, & *interpretis* eandem *assequentis* ac *eruentis* sententia. Consequenter interpretatio verbi, *materialiter* & *fundamentaliter* spectata, cum Dei verbo coincidit. Si non est conformis, ne dici quidem meretur interpretatio, quum interpretari sit *alienum* sensum *errere*, non *importare* suum. Quapropter etsi libris Ecclesiarum nostrarum Symbolicis interpretationem verbi

divini contineri facile concedamus, tamen quum eandem cum mente divina S. literis expressa perpetuo convenire certissimi sumus, tantum ei auctoritatis merito suo relinquimus, quantum verbo Dei *qua rem & sententiam* debetur.

§. VI. Quid vero causæ est, quod *ritibus* etiam & *ceremoniis* religionem nostram inniti existimat, eamque ex hoc capite ceu falsam & errorem improbat? Quotusquisque nostratum est, qui hoc vel docuerit unquam, vel scripserit? Age, nostram bona fide recipiant adversarii *doctrinam*, nos invicem *ceremonias* per se indifferentes promptissime vel *admissuri*, vel *omissuri* sumus. Cur igitur, inquires, *Vestrates Theologi easdem defendunt mordicus, eaque de causa nonnunquam subditos vel ad seditiones contra Magistratum impellunt?* Respondetur: Defendunt utique *ceremonias* Theologi, sed non quia *religionem* iisdem *inniti* existimant, sed quia per earum *latus religionem* peti intelligunt. Cum enim externus DEO cultus sine ritibus & *ceremoniis* commode exhiberi non possit, cur non in iis usurpandis sua Ecclesiæ libertas relinquatur? Quid quæso reipublicæ interest, ut sine exorcismo baptismus, sine luminaribus Cæna dispensetur, ut mensa, quæ est in templo, lignea sit, non lapidea, ut pallio involutus, non talari amiculo convestitus Minister operetur sacris, ne imagines conspiciantur in templis &c. Si quis talibus offendi se queritur, *acceptum* est scandalum, non *datum*. Meminerit invicem, *abrogari* quoque hæc talia sine aliorum offensione non posse. Num charitatis specimen est, hominibus Deo castissime servituris prohibitione ac infestatione innoxiorum rituum esse molestum? Quin hoc agitur, ut remoto velut *intergerino pariete*, coetus
antea

antea dogmatibus, juxta & ceremoniis diversi permisceantur sensim, temporisque progressu religio purior opprimatur. Quod quidem consilium adversariis successisse non semel docet historia partim *Hassiacæ*, partim *Anbaltina*. In ritibus enim mutandis, quotquot fere res novas moliuntur, incipiunt, in dogmatibus desinunt. Quoniam ergo periculum est, ne cum ceremoniis ipsa religionis doctrinæque mundities amittatur, recte faciunt Doctores publici, si pro earundem defensione & custodia, quantum possunt, nituntur. Manifesto autem nefarieque, & reclamante omnino conscientia *calumniatur* Thomasius Hal. quando nupero in programme (in der Erinnerung wegen seiner Grund- (losen) Lehren) Wittenbergenses Theologos ea de causa excitatæ contra Magistratum seditionis postulat, quia ne quid in omittendis ritibus temere cederent, eos, a quibus consulti sunt, monuerunt. Consilium enim postulantibus dare, ut Magistratus de abolendis ceremoniis edicta suppliciter deprecetur, moresque receptos & consuetudines allegent, pacta etiam iurata in memoriam revocent, scandalum exinde oriundum, una cum periculo subsequuturo, ob oculos ponant, liberumque adeo religionis exercitium permitti sibi postulent, num hoc est ad rebellionem subditos concitare? *Seditionis auctorem* esse non est hominis vere *Christiani*: illud autem criminis *affingere* innocentibus, quod fecit *Thomasius*, ne quidem *viri boni*.

§. VII. Sed quum Ministeriis, Confessionibus Catechismis ac Systematibus, ritibus denique ac ceremoniis inniti religionem neget fanaticus, videamus tandem qualem probet ipse ac expetat. Talem nimirum laudat, in qua de *Christi origine, naturis, persona, officiis* nulla lo-

cum inveniatur disputatio. Mitto autem primo insulsissime dicta: Die Christliche Religion schreyet und zancket nicht / macht keine Reher / erkennet GOTT und ihren Christum einfältig. Hujus enim generis multa his in chartis occurrunt, quæ homini fanatico, & a Spiritu vertiginis agitato sunt condonanda. Istud ferre nequeo, quod docet, eam demum veram & Christianam religionem esse, quæ nulla de persona Christi certamina moveat, Deumque & Christum, reliquis posthabitis omnibus, simplici fide apprehendat. Das ist / inquit, die Christliche Religion, die einzig und allein auff den Mittler Christum gebauet ist / NB. von dessen ewigen Geburth / Person / Naturen / Gegenwart nicht streitet / zancket / oder Reher machet / sondern NB. dieses alles an die Seite setzet. Eadem *Sisinnii Novatiani apud Socratem L.V, 10. & Sozom. L.VII, cap. 12. Bodini de Rep. L.IV, c. 7. p. m. 753. Lipsi Cent. I. Miscell. Ep. 59. Parei in Irenico c. 14. aliorumque fuit sententia. Quamquam nil opus est ut ab his erroris originem arcessamus. A Tremulis vel Quackeris more suo petivit mutuo. Hi enim fatebantur Hamburgi: Sanctos non consueviffe NB. quæstiones de Christo acute discutere, ut docent Hamburgenses im Quacker-Greuel c. 2. p. 32. Hovvigel in apert. ventris aurora p. 25. negat prædicationem de Christi potestate, operibus & miraculis, itemque obedientia & passione ac morte esse bonam. Iidem in generalibus sub sistendum esse contendunt, sine progressu ad particularia de Christo. Sic Oaton in allocut. ad C. Pauli, subnexa L. de certo sono veritatis p. 24. ad Quæstionem: Was muß der Mensch glauben? Responder: Er rechnet nicht so viel Dinge zusammen wie du thust / ja nichts von deinen particularitäten / sondern er spricht NB. einfältig: Der muß glauben / daß er sey / und ein Bergelter seyn wird denen die
ih*

ihn suchen. Ebr. XI, 6. Eadem oberrat chorda Fridlibius:
 Die Christliche Religion ist einig und allein auf den Mittelern
 Christum gebauet / von dessen ewiger Geburth / Personen /
 Naturen / Gegenwart (hæ sunt Particularitates Catonia-
 anæ) sie nicht streitet / zäncket / oder Reher machet / sondern
 das NB. alles an die Seite setzet / und ihren Gott und Hei-
 land NB. einfältig erkennet / daß er gnädig und ein Herr zu
 helfen sey. Nos e Scriptura didicimus, fidei, & totius
 religionis fundamentum esse Christum 1. Cor. III, II. Eph.
 II, 20. Itaque in Art. Smalcald. p. 304. sub initium de Christi
 officio sic profitemur: *Hic primus & principalis articulus
 est, de quo cedere, aut aliquid contra illum largiri, aut per-
 mittere NB. nemo piorum potest, etiamsi cælum & terra,
 & omnia corruant. Et in Catech. Maj. sub fin. Art. II. p. 495.
 Totum, quod prædicamus, Evangelium eo tendit, ut hunc Ar-
 ticulum probe percipiamus, ut in quo totius salutis & felicitatis
 nostræ summa sita est, quemque ob usum & fecunditatem
 suam longe lateque patentem, nunquam perdiscere possu-
 mus. Recte omnino. Hæc enim est vita æterna, ut cogno-
 scamus verum DEum Patrem, & quem hic misit, IESum
 Christum. Jo. XVII, 3. Quod unum oraculum omnibus
 Libertinorum & Neutralistarum reprimendis furoribus
 sufficit. Esto, cognitionem hic intelligi *affectivam*, quam
 alii appellant *compositam*, h. e. cum dilectione, & amoris
 affectu conjunctam, ut *Dannhæver. contendit Hodof. p. 20.*
 Sufficit *affectum* supponere *notitiam*, pro hujusque con-
 ditione sequi amorem, quum ignoti nulla cupido sit, &
 vere dixerit Augustinus: *Quantum cognoscunt, tantum di-
 ligunt.* Ostendatur autem quo jure a cognitione Filii,
Originis, personæ, naturarum, præsentis aliorumque sit ex-
 cludenda notitia? Si hæc omnia non necessario sunt co-
 gnoscen-*

gnoscenda de Christo, quantum erit illud, de Redemptore quod cognoscendum restat hominibus? Larva hæc est diaboli, quæ sub specioso pacis & concordie nomine, omnem nobis de Christo doctrinam omnemque religionem studet subtrahere. Hoc pacto non modo *Sociniste*, sed ipsi etiam *Mabumedani* Christianorum numero fuerint adscribendi. Nam hi utriusque de Servatore nostro satis aliquando magnifice & sentiunt & loquuntur, etsi veram ejus divinitatem neutri admittant, & pessimos de illo errores pertinacissime defendant. Urgeamus proinde *cognitionem* Christi, urgeamus *cognitionem uberem* & distinctam. *Crescere* enim jubemur in gratia & *cognitione Domini nostri* & Servatoris *Jesu Christi* 2. *Petr.* III, 18. quo dicto nihil dari potest illustrius. Confer. 2. *Petr.* I, 8. *Crescere* jubemur in *scientia Dei* *Col.* I, 10. *Eph.* I, 17. *crescere* in *fide*, cujus *Objectum* Christus 2. *Cor.* X, 15. *Quaecunque* *Sacris* sunt comprehensa literis, ea scripta sunt, ut *credamus, Jesum esse Christum.* *Jo.* XX, 31. Scripta vero sunt *protixe*, scripta sunt *accurate* ac solide: ergo credere, ergo nosse debemus distincte. Vid. *Maxime Rev. Dn. D. Schelvvigl Quacker. confut. P. I. Art. IV. Sect. antith. n. 3. p. 393.* Addantur, si placet, quæ Differt. I. n. IX. nobis sunt observata. Quid contra Noster? *Omnes*, ut cum *Tremulis* loquar, *particularitate*, seponi, nec de illis cum quoquam contendi aut disputari, sed DEUM & Servatorem simplici fide apprehendi debere statuit. Præclara omnino sententia, cui si olim subscripsisset Antiquitas, jam pridem *totus* ut *Oriens*, sic *Occidens* factus fuisset *Mabumedanus*. Si nefas est Christiano contendere cum quoquam de talibus, cur revelavit DEUS, cur Christus ipse hoc sua de persona arguementum, ceu *primarium* aliquod, Judæis discutiendum proposuit

fuit *Matth. XXII, 42?* Cur toto ministerii tempore sua de Origine, officio, naturis cum Pharisæis & ceteris Judæorum doctoribus disputavit, quod ex Evangelistis, imprimis Johanne, liquet? Si confusa quædam de Christo notitia sufficit, si nemo est rejiciendus dissentiens, cur accuratam ab Apostolis requisivit, cur ipse conceptos de se errores vituperavit in aliis *Matth. XVI, 13.* Quem ad locum pereleganter monet *B. Chemnitius, Harm. f. 925.* etiam eos, qui bonam intentionem habeant, in fide errare posse, si fundamentum non teneant. *Homines enim, de quibus Christus t. t. sit locutus, non ejus fuisse hostes, nec pro seductore, vel seditioso Eundem habuisse, sed admodum honorifice de Christo voluisse sentire, & tamen partim in persona ejus, dum aliquem ex antiquis Prophetis rediisse crediderint, partim in officio, dum Eliam, vel Jeremiam, Zelo in hostes exercito insignes existimaverint, errasse. Christum autem NB. improbasse utrumque, & aliter instruxisse discipulos. Unde constat fidem sic conformandam esse, ut non tantum quis pro se recte sentiat, sed etiam NB. sejungat se ab omnibus aliis opinionibus a vera fide discrepantibus.* Hæc Chemnitius. Quapropter quam hic laudat simplicitatem Fridlibius, hanc invehendi fanaticismi, & fidei carbonariæ adminiculum judicamus. Quod dudum subodoratus emunctæ naris Theologus *Dannhaverus* de Syncretista loquens: *dum regiam, inquit, insistit aberrat in devia: dum simplicitatem commendat, implicitam fidem in tenebris suis pridem sepultam revocat, disputandi vim disputando enervat. Syncret. Sect. II. n. 23. p. 55.* Et profecto *πεῖστον* Libertini *Πεῖστο* est, quod cum Quakeris explicitæ de Christo notitiæ necessitatem negat, omnibusque promiscue hominibus, etiam non Christianis, spem quandam salutis superesse contendit. Quo de

C

opinio-

opinionis monstro superiore Dissertatione §. V. seqv. di-
 speximus. Nos vero, etsi *curiositatem, prurimum*, verba sunt
 Dannhaueri l. cit. *ambitionem, φιλονομίαν, περιεργίαν, alias*
sordes ipsi quoque in rejectamentis censeamus; nolumus ta-
men insidioso simplicitatis glaucomate Satanam nobis imponere,
& illam redarguendi methodum eripere, quo Christus, Apostoli,
Patres Ecclesie primæ proceres adversa tela felicitis sine frege-
runt. Scimus in Scriptura simplicitatem laudari, sed ra-
 tione assensus, non ratione notitia. Recte B. Haberkorn. T. IX.
 Giff. disq. XVIII. §. 5. Quùm de simplicitate sermo est Scriptu-
 re, eam nequaquam opponit sive errorum accurato examini,
 seu vere fidei uberiori illustrationi, sive scientie mysteriorum
 divinatorum, sacris auctoribus ubique commendate, Matth. X, 16.
 Marc. IX, 50. Eph. IV, 15. Zach. VIII, 19. 2. Cor. XI, 3. Et pro-
 fecto gravissima Pauli admonitio est, ne fimus sicut pueri
κλυδανίζομενοι, περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας ἐν τῇ κούβια
τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης. Eph. IV,
 13. Quam eandem inculcat 1. Cor. XIV, 20. Ne fitis pueri
ταῖς φησαῖν, malitia fitis pueri, sensibus autem perfecti.
 Conf. Col. I, 9. 1. Pet. V, 10. Ebr. V, 23. 1. Pet. II, 2. Matth. XVIII, 3.
 XIX, 4. Quapropter male credulam simplicitatem cum Hila-
 rio dixerim, quæ sua quadam culpa in hæreticorum ruit
 versutias. Hanc qui commendant hoc tempore, quo
 cætus facer undique est circumfessus ab hostibus, næ hi
 Juliani Apostatæ vafritiem imitantur, qui & Christianis
 Græcorum disciplinis & artibus interdixit, ne in Sophis-
 tas & Dialecticos, ut loquebatur, lingvas acuerent, &
 eruditissimum quemque inter Episcopos in exilium egit,
 quo rudes ceteris, & argutiarum Philosophicarum igna-
 ros facilius, ut factum, in partes suas traheret. Nervi
 atque artus duraturæ fidei sunt solida rerum divinarum,
 & fun-

& fundamentis suis suffulta cognitio. Quare non sufficit revelata doctrinæ capita sub *generali* quodam & *indifferenti* imbibisse sensu, utpote esse DEum & Christum, Servatorem nostrum propitium, & ad opitulandum promptum, quod Libertinus putat: Sic enim fores patulæ cunctis irrupturis hæresibus aperiuntur: Sed par est haurire *sensu per speciales modos & circumstantias ex Scriptura sufficienter declarato*, ut alibi loquitur B. Haberkornius, utpote DEum esse unum, quia essentiam, trinum, quia personas: Christum esse verum naturalemque DEum ac hominem, eumque infinita satisfactione redemisse universum genus humanum &c. At, in quies, *simplex & superficialia cognitio rudi saltem popello sufficit*. Respondetur: Etsi sufficiat pro tempore *extra agonem & paroxysmum tentationum*, non tamen sufficiet ad salutis defensionem *in lucta*. Etsi sufficiat perfunctoria cognitio *trini h. e. homini simplici*: non tamen absolute & *omnibus*. Pro talentorum gradibus, major etiam fidei gradus, & perfectio non gradus, sed gradus perfectionis requiritur, ut loquitur Dannhauer. l. c. p. 52. Etsi denique sufficiat pro ratione locorum vel temporum quibus accuratior haberi non potest, non tamen sufficit iis, qui meliora & solidiora facile discere potuissent. Recte idem l. c. p. 51. *Quæ ignorantia sub invincibili Papatus superioris caligine ante lucis novissima incrementa fuit innoxia, ea (privative accepta,) in tanta luce, quæ Germaniam sub vespera mundi dignatus est benignissimus DEus, non potest esse inculpabilis aut indemnis*. Nam quemadmodum qui bonum quid facere potest, nec facit tamen, peccat: sic qui verum aliquod Spirituale discere & nosse potest, nec tamen discit novitque, peccat. Quid multa? simplicitatis

præpostera commendatio abludit (I.) a voto Moſis: Utinam omnis populus prophetaret Num. XI, 29. (2.) gratiosum Spiritus S. diluuium in omnes gentes, sexus, atates effundendum juxta præſagium Joelicum, reſtringit: (3.) ſtudium perfectionis ſuſflaminat: (4.) Unius neceſſarii & regni cælorum unice ac primo quærendi ab omnibus curam abjicit: (5.) pulvillos ignavie ſubſternit: (6.) monopolium clericale, & fidem implicitam reducit: (7.) ludibrio Eccleſiam adverſariorum exponit, cui jam pridem a Carolo Caraffa in German. S. inſtaur. p. 179. objectum fuit, Lutheranos doctrinam fidei nec valde profunde ſcrutari, nec multum curare. Quæ argumenta collegit Dannbauer. in Synchr. I. c. Perpulcre vero hanc in rem Jo. Chryſoſtomus T. II. 00. homil. XVI. in Jo. f. 624. "Ατοπον, inquit, τὸν μὲν ἰατρὸν μετὰ ἀκριβείας ὑπὲρ τῆς τέχνης ἀγωνίζεσθαι τῆς αὐτῆς; καὶ τὸν ſκυτοτόμον, καὶ τὸν ὑφάντην, καὶ πάντας ἀπλῶς τῆς τεχνίτας. Τὸν χριſτιανὸν ἕναί φάſκοντα μὴ δυνάσθαι λόγον ὑπὲρ οὐκείας παραχρῆν πίſτειος. Καίτοι ἐκεῖνα μὲν παροφθέντα, εἰς χρεῖματα τὴν ζῆμίαν ἤνεγκε· ταῦτα δὲ ἀμελέμενα αὐτὴν ἡμῖν διαφθείρει τὴν ψυχὴν. Ἀλλ' ὅμως ἕως αἰθλίως διακείμεθα, ὡς ἐκεῖνοι μὲν ἀπάσαν ἀπονέμειν ſπαρδὴν· τῶν δὲ ἀναγκαίων καὶ ἀσωτηρίας ὑπόφειſις τῆς ἡμετέρας ἐς τῶν ὡς ἕθενός ἀξίων κατὰ Θεοῦν &c. *Absurdum eſt, quod Medicus, coriarius, textor, & omnes generatim opifices quisque pro artis ſue profeſſione pugnet: Chriſtianus autem non poſſit ullam religionis ſue afferre rationem. Atqui ille artes neglectæ ad pecuniam damnū referunt: hujus autem contemptus animæ detrimentum aſſert: & tamen tanta miſeria, tanta infamia laboramus, ut in illis omnem curam cogitationemque adbibeamus; neceſſaria autem & ſalutis noſtra munimenta firmiſſima pro nibilo ducimus. Quo loco cum pluribus graviſſimiſque verbis oſcitantiam quorundam, & aſtutam ſimplicitatem caſtigaveſſet, ſubjungit: ſi hoſtes ut contra religionem noſtram loquerentur, tantopere invigilant*:"

runt: quæ nos venia dignamur, nisi hujusmodi contra nos insultus propulsare calleamus? Hoc nobis Petrus præcipit 1. Ep. III. Estote parati semper ad satisfactionem, omni poscenti vos rationem, de ea quæ in vobis est fide & spe. Et Paulus: Verbum Christi inhabitet in vobis abundanter. Sed quid ad hæc respondent fucis stultiores, (κηφήνων ἀλογώτεγοι?) Benedicta omnis anima simplex, & qui simpliciter, ambulat &c. Hæc Chrysostomus. Adde, si placet, quæ Dissert. I. & II. de necessitate uberioris cognitionis attulimus.

§. VIII. Hactenus male explicuisse indolem religionis Christianæ Fridlibium constitit. Vitiosam vero explanationem nihilo melior §. 21. applicatio sequitur. Etenim Lutheranos inter, Papistas & Reformatos homines dari Christianæ religioni deditos h. e. simplicitatis, externæque castimonix studiosos, neque de particularitatibus quibusdam, utpote Christi servatoris persona, origine, naturis, officio altercantes, prompte largitur adversarius: Suum scilicet *Weigelium* secutus, cujus tantum non verba ex *Dialogo de Christian. c. 5. p. 67. h. l.* descripsit. Ipsam vero Religionem Lutheranam, Papæam & Reformatam, quæ talem, h. e. receptis, approbatisque symbolis comprehensam (sic enim explicat §. 28.) Christianam veramque esse negat. Arripio posterius nempe de Papæa & Reformata religione quod dedit, & gratias pro concessis ago. Velim autem meminere adversarius quod §. 2. negaverit, extra religionem Christianam quenquam salvari posse. Unde sic argumentor: Q. religio non est Christiana, in ea, & per eam salvari nemo potest. Atqui Religio Papistica, quæ Papistica, Reformata, quæ Reformata, Sociniana, quæ Sociniana &c. non est Christiana. E. per Papisticam, Reformatam, Socinianam, religionem, quæ tales sunt &

Et manent, salvari nemo potest. Eat nunc adversarius & clamer, *quemlibet in qualibet religione salvari posse.* Ipse jam inficiatur & negat, in Papistica, qua tali, Reformata qua tali &c. salvari quenquam posse. Excipiet forte adversarius; negasse illud sese de Papistica, Reformata &c. *qua talibus, sectariis & ad symbola alligatis, non qua Christianis, & simplicitati inhærentibus.* At vero sic (1.) lude retur vocabulis. Quando enim quæritur: *num quilibet in qualibet religione salvari queat,* palam est, religiones sumi in *oppositione mutua,* & quatenus una ab altera per certa quædam symbola est *distincta,* siquidem non de *una,* qualis est Christiana, sed de *pluribus* sermo est. Non igitur quæritur, numquis in qualibet religione, *quatenus est Christiana,* (hoc enim respectu cæteris non opponitur;) sed quatenus *peculiaribus Symbolis,* doctrinæque compendiis est *innixa,* salvari queat. Quod posterius, quum ipse jam neget fanaticus, tota Indifferentismi moles imprudentia Architecti collabitur. Quod probe observandum. (2.) Ne illud quidem *simpliciter & absolute* concesserim, quemlibet in qualibet religione, qua *Christiana* est, vel *qua veritates residuas* posse salvari. Ostendat adversarius *τὰ λείψανα* veritatis, tam solida esse, & ampla, ut ad fidem & ingenerandam, & alendam ac conservandam sufficiant ordinarie. Ego de *aliquibus* saltem constanter negaverim. Frustra quis objecerit: *hec omnia in Lutheranam religionem nullo negotio posse retorqueri, quippe Et Symbolis idoneis ab aliis distinctam, Et certis insuper ceremoniis, ministeriisque innixam.* Nuda enim distinctio, non est indicium falsitatis. Alioqui etiam Christiana, qua talis, falsa fuerit, quia Mahumedanæ, Judaicæ, Gentili opponitur. Ipsi etiam Indifferentistæ ab aliis se distinguunt, nec tamen videri voluunt

volunt hæretici. Quapropter etsi qua *distinctionem* ab aliis nullum religiones inter discrimen agnoscimus, tamen, quæ de *Pontificia, Reformata, Sociniana &c.* concessimus, non perinde admittimus de *Nostra*. Negamus quælibet in qualibet religione salvari posse, non quia quælibet ab altera est *distincta*, sed quia non quælibet revelationi divinæ est *congrua*. Lutherana religio, qua talis, perinde ut aliæ, *suæ* est comprehensa *Symbolis*, aut *orthodoxis*, & e verbo DEI depromptis. Nec obstat, quod idem de suis Pontificii, idem Reformati, Sociniani, aliique dicunt. Non enim *quid* affirmant, sed *quo jure* affirmant videntur est. In foro civili *Actor*, juxta & *Reus* causæ bonitatem suæ ac innocentiam laudant: pari *ausu*: dispari *jure*: dispari *eventu*. Æquus iudex, cognita causa, pro *uno*, non pro *utroque* pronuntiat. Sic etsi omnes hæretici *Symbola* sua, ceu *veritatis testimonia* laudent, non tamen omnia æqualiter de veritate participant. Sufficit, adversarium ipsum Papæam juxta & Reformatam religionem, qua talem, h. e. *Symbolis*, ceremoniis, ministeriis *innixam* atque ab aliis *distinctam* rejecisse. Harum igitur falsitatem non est cur ostendamus, quum sine argumentis id fateatur fanaticus. Quid vero falsi datur in *A. Confessione* hujusque *Apologia*, quæ non semel ipsorum quoque hostium elogiis est ornata, ut alio loco ostendimus? Annon Reformati ad Confessionem perinde ut Nostri, provocant, & vel *Invariata* ipsi se subscripturos promittunt? In utroque autem *Catechismo* quid est, quod jure desiderare possit fanaticus, quum verba etiam pleraque e *S. literis* sint petita? Num quicquid in *Decalogo*, *Symbolo Apostolico*, *Oratione dominica* continetur, quicquid de *baptismate* & *S. Cæna* ex verbo DEI traditur non Christianum est
& im-

& impium? Increpet Te Dominus Satan! Quod ad *Articulos Smalcaldicos*, & *Concordia formulam* attinet, utriusque cum *Scriptura* solidus perpetuusque consensus a *Garpzovio*, *Balduino*, *Mampbrasio*, *Piscatore*, *Mylio*, *Huttero*, *Himmelio*, *Mauritio*, *Hülsemanno*, *Schmidio*, fortius est evictus, quam qui negari, refelli que a quoquam veritatis cupido possit. Qua igitur fronte Quackerianus rabula Lutheranam religionem, qua talem, Christianam esse inficiatur ac negat?

§. IX. Interim ut hoc ipsum pervincat, vel aliqua saltem veritatis specie doceat nervos omnes intendit, quæque in nostratis doctrinæ gratiam urgeri posse videbantur, amoliri commode ac rejicere allaborat. Monet igitur §. 22. Obverti solere vulgo: veritatem *Ecclesie*, & veritatem *religionis* esse connexa. De illa vero constare ex *notis* quibusdam indubiis, *dispensatione* nimirum verbi & Sacramentorum. Ex iisdem proinde veritatem simul *religionis* colligi posse. Porro quum indubium sit, penes *Lutheranos* recte dispensari utrumque, hinc ad veritatem religionis juxta & *Ecclesie* rectissime concludi. Hoc ipsum vero remoturus ita procedit, ut primum e notis recte inferri *Ecclesie* veritatem promptus admittit, tum vero puram *dispensationem* verbi & Sacramentorum esse veræ *Ecclesie* neget, postremo eandem vel *nostro*, vel *aliis* etiam cæteribus tribui posse inficietur. Man findet zwar / inquit, in allen Theologischen Systematibus, daß zwey Kennzeichen seyn / nemlich die reine Predigt des Göttlichen Wortes und rechte Austheilung der Sacramenten; aber diese Meinung ist zum ersten nicht in der Schrift gegründet / in welcher davon NB. nicht ein Wort zu finden / absentderlich von den so genannten Sacramenten / welche NB. absonderlich

sonderlich bey denen Lutheranern und Pietisten noch NB. ganz und gar Papistisch sind. Zum andern sind es auch keine gewisse Kennzeichen; weil keine Secte das Wort Gottes in seiner Lauterkeit / sondern eine jede nur seine eigene Glossen und Auslegung des geschriebenen Wortes Gottes prediget / auch darnach die so genannten Sacramenta austheilet / und es also noch ein grosser Streit ist / bey welcher Secte die Predigt des Wortes / und Ausheilung der Sacramenten recht anzutreffen sey. Dannenhero wenn man hieraus die Wahrheit einer Secte beweisen wolte / so würde man *dubium per æque dubium* beweisen / woraus aber schlechter Trost zu hoffen. *Negat igitur verbi & Sacramentorum legitimam dispensationem, notam esse Ecclesiæ.* Qua in re pro more cum Pontificiis, Socinistis, Weigelianis, Quackeris, ceterisque fanaticis, superbis verbi externi contemptoribus colludit. E Pontificiis Bellarminus Nostratum sententiam data opera impugnat. *L. IV. de Ecclesia c. 2. de Notis E Socinianis Smalcicus c. Franzium disp. de Ecclesia Sect. 6. f. 282. Perinde cenfet Weigelius Dial. de Christianismo. c. 2. p. 34.* Wenn diese Stücke wahr wären / so müste man die Kirche erkennen bey dem äusserlichen gepredigten Wort und Sacramenten / welches falsch ist. *Quackerianos inter Caton imprimis, in defens. innocent. c. Adrianum Pauli p. 17. Te, inquit, & omnes homines certiores reddo, quod nos, qui Quackeri dicimur, vestram panis fractionem, & infantum asperisionem, una cum doctrina perfectionem & immediatas revelationes impugnante non habeamus pro signis proprie sic dictis Ecclesia in terris. Vid. Maxime - Rev. Dn. D. Schelvvig in Quacker. conf. Art. XXV. n. 13. p. 434. Duas interim rationes sententiæ suæ adducit Fridlibius. Primo negat quicquam de his duabus notis in Scripturis legi: Es ist darvon kein Wort in der Schrift zu finden.*

D

Impu-

Impudenter non minus, quam imperite. Etenim si qui ex DEO sunt, verbum DEI audiunt, Jo. VIII, 47. si oves Christi vocem hujus audiunt, alterius fugiunt c. X, 27. si alienam doctrinam non recipiunt Gal. I, 8. 2. Theff. III, 6. 2. Jo. I, 10. annon audire DEI verbum, eiqve inhærere notificat oves, & ovium collectionem, Ecclesiam? Annon prima & Apostolica Ecclesia, hoc ipso, quod perseverabat in doctrina Apostolorum & communicatione, & fractione panis & præcationibus a reliquis sese, vel Judæorum vel gentilium, cœtibus distingvebat? Act. II, 42. Notarum autem est rem indicare, & indicatam discernere. B. Gerbardus urget, prædicationem verbi & dispensationem Sacramentorum legitimam esse proprios effectus Ecclesiæ, Matth. XXVIII, 19. Marc. XVI, 15. Effectus autem notificare causam, in Conf. Cathol. P. I. L. II. Art. V. c. 4. p. 852. B. noster Calovius observat, hoc utrumque arguere verum Doctorem, eundemque a falso distingvere: Ergo & Ecclesiam, cujus Doctores ministri sunt, in Arminianismo ref. c. XXII. §. 19. p. 493. Sed nihil clarius loco Jo. VIII, 31. si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei estis. Quid est manere in sermone Christi, quam ea omnia servare, quæ ipse servari voluit? Hæc autem contineri Verbo & Sacramentis ad oculum patet ex Marc. XVI, 16. Quo loco omnis de Sacramentis elabendi rima præclusa est. Plura in fanatici hominis gratiam non addo. Adeat, ni grave est hæretico Theologos orthodoxos consulere, præter allegatos Hutter, in LL. f. 595. Meisner, de Ecclesia Sect. V. c. 2. p. 786. seqv. Thummium in Imp. Wigel. err. 86. p. 192. Balduin. in Anti. Pat. zmanno c. VIII. p. 785. Calov. in Syn. Contr. de Eccl. p. 710. Dannb. in hodom. Sp. Pap. Phantasm. II. p. 368. seq. omnes deniqve Systematum Scriptores: Deprehendet spero, non sine gravi vel

vel mendacio vel ignorantie indicio scriptum a se fuisse: Es sey darvon kein Wort in der Schrifft zu finden. Hoc unum adjicio, dogma hoc, qvo nostra de Notis Ecclesiae sententia impugnatur, *Papists* tantum non esse proprium, ad eorumque religionem, *qva talem*, omnino revocandum, qvippe qvod nec *Nostratibus*, nec *Reformatis*, nec sanioribus denique *Arminianis* probatur. Jam cum & *Papistica* dogmata, qva talia, ceu *non Christiana* & *impia* reprehendat ac improbet, & in hoc ipso §. 27. Sacramenta nostra hac una de causa notas esse verae Ecclesiae neget, qvia sint omnino *Papistica*, patet hominem jam esse *ἀνοματάκτετον*, ejusdemque sententiam esse *impiam* & *non Christianam*.

§. X. Nihilo sanius judicium prodit, quando Sacramenta nobis tantum sic dicta (so genante Sacramente) tribuit. Quid enim opus erat ut hoc adjiceretur? Num *λεγομένως* talia esse putat? Cur id suspicer de homine causas habeo. Nam §. 36. ubi de S. Cœna injicit mentionem, suum illud so genante / denuo infarcit: Das so genante Abendmahl: Addit: Denn es wird ja des Morgens gehalten. Uti ergo ob rationem quam dedit, *mensam Domini incommode*, *improprieque S. Cœnam* dici insinuat; Ita quum h. l. eodem utitur *ἐπιπέτω*, Sacramenta nostra non nisi impropie parumque commode hoc nomine appellari docere vult. Verum hoc stoliditati hominis & ignorantiae condono, qui non meminit Paulum *1. Cor. XI, 20.* Mensam Domini, etsi jam tum matutino solenniter frequentabatur tempore, (qvod ex *cc. 20. 21.* seqv. colligi potest, & ex Antiquitatibus patet) *δείπνον κυριακόν* diserte & procul insulsa illa restrictione, dixisse. Tum vero nec vim vocis *Sacramenti*, nec usum ejus antiquum, nec deni-

que *causas*, ob quas ad notanda Christianorum *mysteria* cœpit accommodari, satis est affecutus, de quibus, ut solet, eruditissime disputat *Dannhauer. in Mysterios. Sect. 1. Art. 3. p. 71. seqv.* Illud pietate salva concoquere non possum, quod nostratis Ecclesia Sacramenta solide esse *Papistica* pronuntiat: Sie seyn noch ganz und gar Papistisch: Quo enim hoc argumento, aut quo tandem auctore pervicerit? Sentio ingenium hominis esse hujusmodi, ut ea omnia eruget in veritatem, chartisque suis illinat, quicquid Cyclopicus furor, aut effrenata calumniandi libido improbo ori, manuve suggerere potest. Clamitat audacter: *Sacramenta nostra, quanta quanta sint, esse Papistica.* Causam non affert; nec potuit afferre. Si datur suspicioni locus, ideo appellat *Papistica*, quia ritus quidam & ceremoniæ inter Pontificios usitatæ, libereque a nobis retentæ, & a sordibus repurgatæ in Sacramentis administrandis alicubi adhibentur. Hic enim perpetuus fanaticorum mos est, ut quando in *dogmatibus* ipsis quod jure improbant non inveniunt, in *ceremonias* & res per se *indifferentes* involent, & vel *aboleri* receptas, vel *mutari* saltem ac *minui* cupiant. Interim si hæc una ratio sufficit, etiam verbum *DEI*, quod apud nos, imo etiam Reformatos, docetur fuerit appellandum omnino *Papisticum*, quippe quod & in templis maximam partem sub Papatu extractis, & post decantata nonnulla carmina, e suggestu, a ministris, atra veste indutis, iisdem denique propemodum ceremoniis quibus apud Pontificios, dispensatur. Ostendi autem mihi præterea postulo, quid vitii insit ceremoniis nostris, aut quid in illis jure desiderari possit. Neque enim vel *nimia* sunt, ut ouerent conscientias, vel etiam Scripturæ *S.* ac honestati *contraria.* Quin potius & utiles quasdam

comma-

commonefactiones continent, & πρὸς τάξιν καὶ εὐχαριστήριον mi-
 rifice faciunt. Ne quid de illo addam, vix ullum nobis re-
 ceptum ritum esse, suam qui originem debeat Papistis,
 quum plerique omnes primis jamdum a Christo nato
 seculis obtinuisse pridem sit demonstratum nostratibus
 inprimis Chemnitio in Exam. Concil. Trid. Meisn. in
 Coll. Adiaphor. & Dannhaur. in Mysterios. & aliis. Quod
 si vel maxime ritibus ineffet quicquam vitii, num ob
 quandam in circumstantiis, & adventitiis labem corrup-
 peretur substantia, aut Sacramenta desinerent esse vera?
 Baptismo inter Pontificios multa insulsa & superstitiosa
 admista quondam fuisse, et etiamnum esse quis neget?
 Neque tamen, integra manente substantia, verbo insti-
 tutionis præscripta, de veritate administrati penes illos ba-
 ptismi est dubitandum. Quin hac etiam de causa reman-
 sisse quandam etiam sub medio Papatu Ecclesiam, infan-
 tum scilicet vere baptisatorum, recte concluditur. Sacra-
 menti cœnæ alia ratio est, quæ per ποτηριοκλεψίαν altera
 sui parte diminuta etiam in substantia vitium cœpit. In
 nostra vero Ecclesia, quum non solum utriusque Sacra-
 menti substantia sit salva, sed ritibus quoque decoris,
 commodis, utilibus dispensetur, qua fronte nunc clamat
 Fanaticus, Sacramenta nos penes, quanta quanta sint, esse
 Papistica eaque de causa ad constituendam Ecclesiæ no-
 tam parum idonea?

§. XI. Altera jam ratio sequitur, ob quam probatis
 Nostratum Notis subscribere nequeat. *Notas* scilicet de-
 bere esse *certas & liquidas*: Puram autem *verbi & Sacra-*
mentorum dispensationem, in tanta Sectarum multitudine
incertam esse ac *dubiam*: Zum andern / inquit, sind es auch
 keine gewisse Kennzeichen / weil keine Secte das Wort G-tes

tes in seiner Lauterkeit / sondern eine jede nur seine eigene Glos-
 sen und Auslegung des geschriebenen Wortes Gottes gepredi-
 get / und es also noch ein grosser Streit ist / bey welcher Secte
 die Predigt des Wortes / und Ausschließung der Sacramenten
 recht anzutreffen sey / dannenhero / wenn man hieraus die War-
 heit einer Secte beweisen wolte / so würde man dubium per
 æqve dubium beweisen / woraus aber schlechter Trost zu hos-
 fen. Et post aliqva: Ja / sagt eine iede Secte: Ich habe
 recht / du mußt mir glauben. Aber das ist eben die Frage /
 wer recht hat. *Qvæ ipsa denuo non suo ipsius ingenio
 debet fanaticus, sed pro more Pontificiis, & Socinistis sur-
 ripuit. Eandem quippe in sententiam loquuntur Bellar-
 minus L. IV. de Not. E. c. 2. p. 1293. & Smalcus l. c. At vero
 initio ostendi mihi postulo nostrate in Ecclesia, (hanc
 enim perinde ut ceteras, Sectarum nomine comprehen-
 dit,) purum DEI verbum & Sacramenta non dispensa-
 ri. Deinceps etsi multi eandem cætus laudem affectent,
 quid hoc ad rem? Num Ecclesiæ suas notas detrahemus,
 quia aliqvæ sectæ eas sibi falso vendicant & assumunt?
 Nihil dici potuit a ratione alienius. Ita enim nullæ erunt no-
 tæ ecclesiæ, quia nihil unquam adeo proprium fuit ortho-
 doxis, quod non aliqvando ad se traxerint hæretici. Illa
 ipsa, quæ Fridlibio probatur nota, *charitas*, annon perinde
 a Sectis jactatur omnibus? Utcunqve igitur legitimam
 Verbi & Sacramentorum administrationem omnes sibi
 promiscue vindicent, non tamen propterea omnibus re-
 vera communis est. *Veritas* enim non nisi una est: Unde
 igitur Sectæ, si omnes æqve pure Verbum & Sacramenta
 proponerent? Si quis autem vult nosse, quæ in Secta reap-
 detur, ei recurrendum est ad Scripturas, quæ quid, &
 quantum ad horum requiratur utrumqve, pro sua vel
 pueris*

pueris assequenda perspicuitate facile explanat, ut jam non dubium per æque dubium, sed ignotius per notius demonstraretur. Vid. B. L. Hutter. in LL. f. 561. & Gerb. in Conf. Cath. L. II. Art. V. c. 4. p. 858. sequ. nec non Jos. Stegmannus in Photinian. proflig. Diss. LII. p. 599. quorum illi contra Bellarminum, hic contra Smalzum egregie disputant. Subjungo tamen ex abundantia verba eruditissimi, celeberrimique Reformatos inter Theologi Gv. Wittackeri quæ habentur in Controv. II. Art. V. c. 18. T. I. OO. f. 544. quia luculenta sunt, & ad hanc speciosam quodammodo exceptiunculam amoliendam idonea: *Qui vult, inquit, alium designare, functus est suo munere, si illum suis propriis notis designaverit, etsi eas alii sibi vindicent. Nam quid si nullas habeat notas, quas non aliqui sibi vindicant, aut saltem vindicare possunt: non est ille ex suis notis designandus, quia hæ nota ab aliis vindicantur? Quam hoc ridiculum? Itaque suis notis est designanda & describenda Ecclesia, etsi multi Ecclesie hostes eas sibi falso vindicent. Boni & solertis estimatoris est, veras notas & proprias ab adulterinis distingvere, etsi hæ veræ nota ab aliis vindicentur. Ut si quisquam in seditione, quis verus & legitimus Rex sit, nesciat: quum multi sint, qui fasces & sceptrum sibi sumunt, & diadema gestant, & regium honorem ad se rapiunt: non debet is ex multorum opinione, aut ex fascibus, & sceptro, & diademate, aliisque hujusmodi externis signis Regem estimare, sed ex causis, quæ Regem constituunt. Quid ergo ei faciendum est, ut has causas inveniat? Leges vidende & consulenda sunt: hinc qui verus & genuinus sit Rex, facile potest intelligere. Egone verum Regem non sequar, quia alii cum pro Rege non agnoscunt; aut quia alii etiam legum pretextu regnum sibi vindicant? Absurdum. Multorum enim opinio cum veritate pugnare potest. Similiter hoc tempore,*
quasi

quasi in communi quadam seditione, de Ecclesie finibus & possessione dimicamus, & quæ vera sit Ecclesia, quærimus. Hac de re perpetua jam diu inter nos & adversarios bella extiterunt. Quid? num hic sequenda multitudo est, & ex communi hominum opinione de Ecclesia judicandum? Nequaquam. Tum enim fieri potest, ut ad falsam & adulterinam Ecclesiam nosmet adjungamus. Sed causa Ecclesie ex Verbo investiganda sunt, exque vera; Etsi ille sint ejusmodi, quas synagoga aliqua Satana vendicat, & sibi assumit, sed falso. Non ergo ex communibus, sed propriis notis designanda Ecclesia est: quamvis eas sibi multi rapiant. Videndum enim num jure possideant. Si non habeant re vera: nil refert, an se habere dicant. - - Nulla ratio est, cur res aliqua suas veras notas abjudicet, quia ille nota falso aliis rebus tribuuntur. Post aliqua f. 546. contra Stapletonum, eadem, quæ Fridlibius, obvertentem addit: Olim Judæi & Samaritani de vera Ecclesia litigarunt. Samaritani dixerunt, se verum DEUM colere: Judæi e contra apud se verum DEI cultum esse affirmarunt. Num ergo Judæi non fuerunt vera Dei ecclesia, aut verus Dei cultus non est nota vera Ecclesie: quia Samaritani utrumque vendicarunt? Num Judæi non erant ex vero cultu & lege æstimandi, quia Samaritani se similiter æstimari volebant? Nequaquam. Judæorum enim fuisse veram Ecclesiam, ex Mosis & Prophetarum scriptis constat. Hactenus Wittackerus, cui addi meretur: Jo. Crocius in Antivvigel. P. II. c. 1. qv. 4. p. 11. seqv.

§. XII. Dixeris: si quo in cætu pura Verbi & Sacramentorum dispensatio inveniatur est judicandum ex Verbo, quid causa, illam quod puritatem tot homines in tanta perspicuitate Scripturæ non agnoscunt? Hic vero si quis hominum pertinaciam, rationem magis, quam revelationem sequi cupient-

cupientium accuset, nihil erraverit. Idque allegatum Frid-
 libio Nostro exemplum satis evincit. Nam si Reformati,
 eadem, qua Nos, simplicitate fidei Verbis institutionis S.
 Cœnæ inhærent, nec ea contra nescio quæ νοήματα & λο-
 γισμὸς, de veritate corporis Christi, ejusdemque locali in-
 clusione in cœlis, ac inde profluente impossibili in pluribus
 simul locis reali presentia afferrent, veram substantialem-
 que C. & S. C. in S. Cœna præsentiam nobiscum haud du-
 bie propugnarent. Nunc ubi rationem, quam revelatio-
 nem audire malunt, quid mirum capitalem eos hoc in ar-
 gumento errorem fovere, eundemque aliorum plurium
 infelicissimum parentem & cum tristissimo Ecclesiæ dis-
 sidio conjunctum. Recte igitur urgent Nostrates, captivam
 duci debere rationem sub obsequium Christi, nec in rerum di-
 vinarum cognitione videndum esse, quid ratio admittat,
 sed quid revelatio præscribat. Interim hoc quoque veritati
 præsidium erepturus subjungit fanaticus: Ja sagen sie/
 deine Ungewißheit kömmt nur daher/weil du mit deiner Vernunft
 gar zu hoch fährest/ und alles ausgrübeln wilt. Du
 must die Vernunft unter den Glauben gefangen nehmen.
 Antwort: Die Schrift saget: Man solle die Vernunft un-
 ter den Gehorsam Christi/ d. i. unter den Glauben/ der in
 der Liebe Gottes und des Nächsten/ wie auch Verläugnung
 sein selbst bestehet/ gefangen nehmen/das ich sie aber unter ei-
 ner gewissen Secte/ Glossen/ Meinungen/ und Erklärungen
 der Schrift/ oder den Hirn-Glauben/welcher eben sowohl in der
 Vernunft bestehet/ solle gefangen nehmen/das ist nirgends zu
 finden ꝛc. Quibus in verbis multifariam foedissimeque est
 lapsus. Ostendam ordine vitia. Primo reclamante Scri-
 ptura fidem in amore Dei & proximi, sui que ipsius abnegatio-
 ne constituit. Quod ipsum Thomasianam sapit hypothesin

E

de

de fundamento fidei *legali*, paucis abhinc annis summa Bonorum omnium indignatione exceptam, & cum auctoris confusione ad Orcum, unde emanaverat, remissam. Deinceps *rationem* sub fidem *qvæ creditur*, vel Systematicam, & e docentium glosis, commentariisqve contextam cogi oportere, nemo nostrum docuit unqvam. Calumnia est. Postremo fidem *subjective* & *objective* sumptam: notitiam *formaliter* pro *conceptu* cognoscentis, & *materialiter*, seu pro *re cognita*, acceptam absurdo quidem, sed sibi familiari errore denuo confundit. Nos observamus per *obsequium Christi* omnino intelligi debere *fidem*, sed eam, *qvæ credit*, seu *subjective* sumptam, speciatimqve *assensum*, qui fidem *qvæ creditur*, seu notitiam *materialiter* spectatam, ceu *objectum*: *formaliter* acceptam ceu *necessarium prerequisite* supponit. Conf. *Rom. VI, 17. XVI, 19. 20. Hebr. V, 9. 1. Pet. 1, 22*. Etenim cujus fidei gradus respectu τὰ νοήματα & λογισμοὶ cumprimis sese opponunt, & insurgunt, eo respectu fides h. l. intelligitur. At vero respectu *assensus* τὰ νοήματα cumprimis sese opponunt, quod constat ex *Rom. VIII, 7*. E. Porro, per quod *νοήματα* & *λογισμοὶ* omnium facillime dejiciuntur, ac expugnantur, illud h. l. per obsequium Christi illigitur: Atqui per *assensum*. E. Huc ergo redit sententia: Rationem corruptam contra verbum propositum moliri varia, & nunc *probabilitatem* dogmatum, nunc *argutias* sermonis, nunc argumentorum *pondus*, nunc deniqve *sublime* dicendi *genus* in eo desiderare. *Voluntatem* tamen veritati divinæ per Spiritum S. sese *subjicientem imperare intellectui* jam *illuminato*, ut auctoritati Dei revelantis submittat se prompte, & sine tergiversatione assentiatur. Hoc pacto rationem *qvæ antea oblitata* sit verbo, ceu *vinculis* quibusdam *constrictam*, in ordi-

ordinemque redactam obsequi Christo, & veritati parere. Conf. *B. Höpfn. de Justif. Disp. VI. p. 386.* Hanc veram esse verborum Pauli sententiam, quisquis inspexerit cum cura, facile deprehendet. Quod vero ad rem ipsam, cujus causa vindicata sunt, attinet, nemini dubium esse debet, quin, si Pauli exemplum sequerentur omnes, & abjectis, quibus occupati sunt, præjudiciis, veritatem in Scripturis propositam amplecterentur placidi, religionis nostræ cum Scriptura consensum, veramque in Ecclesia nostrate Verbi & Sacramentorum, dispensationem facile sint deprehensuri, quippe quam plerique omnes hac una de causa non recte assequuntur, quia receptas nobis doctrinas vel sua cum ratione conciliare non possunt, vel commodis etiam suis, hypothesebusque obstare intelligunt. Quo pacto a Nostratibus ad illud Paulinum *1. Cor. X, 5.* rectissime provocatur.

§. XII. Hactenus adversarius receptos *nobis* Ecclesiæ notas *infringere ac labefactare* studuit: Nos contra easdem *defendimus*. Nunc ille invicem allegat substituitque *suam*, quam nos *rejecimus*. Pergit enim §. 25. Ich halte dafür / daß ich am sichersten gehe / wenn ich als ein einfältiger Laye bey der Schrift bleibe / und die wahre Kirche darnach abmesse / wie sie der Heiland will abgemessen haben / er sehet aber / Jo. XIII, 35. Darbey wird jederman erkennen / daß ihr meine Jünger seyd / so ihr Liebe untereinander habt. = = Wenn ich mich nun bey allen Secten umsehe / so finde ich wohl ein Geschrey vom Worte Gottes und den Sacramenten / aber die Liebe ist weder bey Lutheranern / Reformirten / Pietisten (hem vero Pietistæ etiam sunt hæretici!) Papisten noch andern / und also schliesse ich ganz sicher / die Lutherische Kirche / so fern sie Lutherisch (das ist / so fern sie an gewissen Formulen

und Hirn-Glauben hangt/ und andere/ so dieselbe nicht appro-
biren von der Gemeinschaft der wahren vermeinten Kirche und
Hirn-Glauben ausschließet) die Reformirte sofern sie Refor-
mirt zc. ist nicht die wahre Kirche/ und ihre Religion nicht die
wahre einige Christliche Religion. & S. 28. Er lässet die sicht-
baren Kirchen-Knechte/ Sectirer/ Grosse und Kleine schreyen
und ruffen/ hie/ hie/ hie reines Wort Gottes und rechte Aus-
theilung der so genannten Sacramenten zc. Er ist zu frieden/
wenn er in der Kirche gefunden wird/ die das Kennzeichen so
Christus gesezet hat/ nemlich/ die Liebe an sich erkunden läs-
set/ und also ausruffen kan: Hie/ hie/ hie Liebe/ und also
wahre Kirche zc. Ad quæ illud primum observo, quod quem-
admodum cum *Papistis, Socinistis, Weigelianis, aliisque fana-
ticis* fecit in *notis oppugnandis veris*, sic cum iisdem con-
spirat in substituenda *falsa*. Hi enim omnes vitæ sanctimo-
niam & *charitatem* notam Ecclesiæ allegant. Vid. e *Pontifi-
ciis Bellarminus l. c. Stapletonus & alii adducti a Gerhardo
in Conf. Cathol. p. 920. Weigelii* quin adducam verba mihi
temperare non possum, quippe quem hoc in argumento
toto studiosissime securus est adversarius: Nur in der Liebe/
inquit *P. III. Postill. f. 91. 92.* bestehet das Reich Christi/ nicht in
äußerlichen Geberden. s s s Christi Reich mit seinen Glied-
massen ist an keine Leibliche statt/ noch Stein-Kirchen/ noch Kir-
chen-Gebrauch gebunden/ wie Papst und andere Secten ihren
Hauffen zwingen in eine Mauer-Kirchen: Sagen/ das sey die
rechte Catholische Kirche/ da man NB. fastet/ betet/ Predigt hö-
ret/ beichttet/ absolvirt/ Sacrament reicht/ ist falsch: Christus
sagt/ daran soll man erkennen/ daß ihr meine Jünger seyd/ an
der Lieb/ so ihr Lieb untereinander habt/ nicht NB. an Predigt
hören/ nicht an Beichten/ absolviren/ nicht an Kirchen gehen/
Sacrament nehmen/ solches thun nun die Verdammten an
mehrz

mehresten ꝛc. Et in dial. de Christian. c. 5. p. 67. Nur an der Liebe erkennet man die Jünger Christi. Non multum ablu-
dunt *Anabaptista*, saltem in *praxi*, judicio celeberrimi *Fr. Spanheml* in *Elencho contro. p. 112. seqv.* qvi idem recte ob-
servat *πεῶτον Ψεῦδος* *Valentini Weigeli*, & *sequacium*, seu in *Germania* seu *alibi* (addo etiam *Fridlibl*) esse: Christum
exigere tantum *charitatem*, ut suorum discipulorum no-
tam *Jo. XII, 34. 35.* non attenta scilicet *fide*, *cognitione*, *doctri-
na*: Scopum vero esse *separationem* suam tueri, vel *Syncretismum*
certe inter *Christianos* omnes *charitatem* ac *pietatem* professos.
Qvo judicio acu rem tetigit *Vir* celeberrimus, totumq; ini-
quvitatís *Neutralisticæ* mysterium, qvò multi cum *Fridli-
bio* hoc tempore in sinu fovent, detexit. Qvò ad rem ipsam
attinet, supponimus *charitatem* h. l. intelligi *externam* & in-
currentem in sensus, talem nimirum, quæ digito poterit
monstrari & dicier hîc est: *Hier! hier Liebe!* Hanc vero uni-
cam *Ecclesiæ* veræ notam esse largiri non possumus. Nota
debet esse *propria*, *perpetua*, *infallibilis*, nihil horum in chari-
tate datur. Non enim est *propria*, qvum hæretici simulent
pietatem 1. *Tim. IV, 2.* 2. *Tim. III, 5.* transfigurent se in mini-
stros *justitiæ* 2. *Cor. XI, 12.* ambulent in humilitate & reli-
gione angelorum *Col. II, 18.* Non est *Ecclesiæ* *perpetua*,
qvum sanctitas *Ecclesiæ* qvandoqve multitudine *scandalo-
rum*, qvandoqve furore *vexantium* ita obnubiletur, ut non
sit publice conspicua. Qvo pertinent qverelæ *Propheticæ*
Jes. LII. Jer. L. Ezech. XXXVI. Deniqve non est *infallibilis*.
Siquidem externa *charitas* nunc a *natura*, nunc *fide* dirigi-
tur. *Illa* in omnes homines; *hæc* in solos *Christianos* rege-
nitosqve cadit: *Illa* viribus *naturæ*; *hæc* *Spiritus* & *gratiæ* ex-
hibetur; *Illa* ex *honestatis* studio nascitur; *hæc*, ut *B. Dann-
haverus* alibi loqvitur, est *filia fidei* primogenita: *Illa* re-
misior

misfior est & fucator; *hæc* intensior & sincerior: *Illæ*
 comodum spectat *proprium*; *hæc* alienum. *Neutra* tamen
 esse potest infallibile verorum Christianorum Ecclesi-
 æque indicium. Non *naturalis*, quia hæc omnibus
 est communis. Non *supernaturalis*, quia fidem suppo-
 nit, quæ uti soli DEO *καθ' ἑαυτὴν* est cognita, sic ab homini-
 bus indubium inde minimeque fallax argumentum peti
 non potest. Recte *B. Calovius* in Exeg. A. C. Art. VII. de
 Eccles. c. 5. *Quinam*, inquit, *vere credentes sint*, & quibus
τεμπύνης dignosci possint *desinire nostrum non est, sed solius*
Dei cordium & renum scrutatoris unici, qui solus novit qui sint
sui 2. Tim. II, 19. nec relicta sunt nobis indubia τεμπύνη id cogno-
scendi apodictice. Urgetur; Christum tamen ipsum banc notam
commendasse Jo. XIII, 34. R. Commendavit omnino; sed
non ut solam, non ut apodicticam. Equidem si charitas su-
pernaturalis ratione interioris affectus, ex fide proficien-
tis, & cum opere externo conjuncti incurrere posset in sen-
sus, pro nota verorum Christianorum, & Ecclesiæ ipsius
rectissime haberetur: Sed quia non nisi ratione externi
exercitii explorationi nostræ obnoxia est, hypocritæque
specie tenus similia charitatis opera facere possunt, patet,
quam parum respectu nostri sit infallibilis. Nemo ma-
jorem charitatem habet, quam ut vitam ponat pro amicis
Jo. XV, 13. Et tamen Apostolus 1. Cor. XIII, 3. confirmare
non dubitat: Si tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem
autem non habeam, nihil sum. Ergo potest quis maximum
charitatis opus æmulari exterius, sine interiore affectu.
Breviter: Disputatur de notis Ecclesiæ visibilibus. Invisibi-
lis enim intelligi non potest, quoniam implicat esse invisibi-
le, & tamen notabile. Jam vera, & Christianis propria cha-
ritas allatas ob causas est invisibilis. Visibilis igitur Ecclesiæ
nota dici non potest. Q. E. D.

§. XIII.

§. XIII. Vidimus quam parum sibi constet fanatici Pro-
 positio de charitate externa Ecclesiæ nota: Nunc quam
falso subsumat, quam *absurde* etiam *concludat* ac *inferat* vi-
 deamus. Præmissa de charitate sententia pergit: Wenn
 ich mich nun NB. bey allen Secten umsehe / so finde ich wohl
 ein Geschrey von Worte Gottes und den Sacramenten/ aber
 die Liebe ist weder bey Lutheranern / Reformirten / Pietisten/
 Papisten noch andern ꝛ. Charitatem omnibus in Sectis
 promissue desiderat. Hanc *geminam esse*, *naturalem &*
supernaturalem, supra monuimus. *Utramcunqve* h. l. in-
 telligat aduersarius, vel *calumniatur* vel *errat*. Natura-
 lem enim & *civilem* neqve apud *Papistas*, neqve *Reformatos*
 nec *Pietistas* &c. inveniri primo evincere non poterit
 Libertinus, quum ne de *gentilibus* quidem & *publicanis* ne-
 ganda sit, quod constat ex *Matth. V, 46. 47.* Deinceps si
 vel maxime illud ostenderet, sibi tamen, suæqve senten-
 tiæ, parum lucraretur hoc ipso, quia neqve *verum* Ec-
 clesiæ *membrum*, quum *adest*, neqve *falsum*, quum *desicit*,
 ostendit. *Præternaturalem* vero, & *ex fide* profectam chari-
 tatem neqve apud *Reformatos*, neqve apud *Lutheranos*,
 nec alios quoqve dari quo quæso argumento confeceris?
Tu quis es, qui iudicas servum alienum? Nemo, novit quid
 sit in homine, nisi *Spiritus* qui est in homine *1. Cor. II, 7.*
 Dicis: *Hoc inde probo, quia hi omnes sunt Sectarii, Symbolis-*
qve suis tenaciter adhaerent, & alios recipere recusantes e cœ-
tu suo excludunt, & hoc pacto charitatem graviter ledunt.
 conf. §. 25. & 28. Resp. (1.) *Sectæ* vel accipitur pro *cœtu* quo-
 dam ab aliis, quia religionem *distincto*, vel pro *cœtu*, qui ho-
 mine duce *errorem fundamentalem* pertinaciter tuetur.
Priore sensu, sicut *Tertullianus* non semel in oppositione ad
 Judæos & gentiles Christianorum cœtum *Sectam* nomi-
 navit,

navit, ita Lutheranorum Ecclesiam Sectam esse salva veritate concedimus: *posteriore*, quum nullius adhuc erroris in doctrina capitalis convinci potuerit, Sectam esse negamus, ut cunqve aliis *videatur*. (2.) Nefas esse *Symbolis* inhærere, horumqve sese beneficio ab aliis *discernere* fanaticus *putat*, non *probat*. Christus jusfit cavere a Pseudo Prophetis *Marc. VII, 15*. a doctrina Pharisæorum & Sadduceorum *c. XVI, 6*. Si qvi sunt, qvi διχομασίας & σκάνδαλα excitant, *παρά, præter* (non *contra*) doctrinam, quam didicimus, & per blandiloquentiam (*διὰ τῆς χρηστολογίας*) decipiunt corda simplicium, ab his est *declinandum Rom. XVI, 17*. Ἐἰ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ, ἀπεστερημένῳ τῆς ἀληθείας. quid meretur Pauli iudicio? num excusandus, relinquendus, fovendus est? Minime. Ἀφίστασθε ἀπὸ τῶν τοιούτων, *1. Tim. VI, 3. 4. 5*. Homo hæreticus ne quidem *salutandus* est *2. Jo. v. 10*. nedum *recipiendus in domum*, sed *vitandus Tit. III, 10*. Vitamus autem, recedimusqve per *Symbola*: His ergo nil inest vitii. (3.) Hoc pacto *charitatem lædi Weigeliana* opinio est & fanatica. Vid. *in Theol. c. 19. f. 59. τῷ γνῶθι σαυτὸν P. III. p. 6*. David, Vir ad palatum Domini; *Odi*, inquit, congregationem maleficorum *Pf. XXXVI, 5*. *Odi* eos, qvi observant vanitates vanissimas *Pf. XXXI, 9*. *Annon osores tuos*, o Jehova, odio habeo, & de insurgentibus in te *fastidio* meipsum *torqueo Pf. CXXXIX, 21*. Num *David* non recte *odit*, quos *Deus* iuste *oderat*? *Quid?* *Quod Christus* ipse improbavit hæreticos, qvi tamen *charitate* superavit omnes. Post *Christum* quis magis arsit *charitatis igne*, quam *Paulus*? Pro suis fratribus *anathema* optat fieri. *Rom. IX, 3*. *Errores* tamen & *Sectas* serio improbavit, & ut ab iis partim caverent sibi, partim *deflecterent* severe suos submonuit.

Qvæ

(4.) Qvæ in aliis ferre nequeunt Libertini hæc ipsi faciunt, si quidem hoc ipso, quod *nulli certæ Sectæ ad hærent, peculiarem Sectam constituunt*, tum vero hypotheses suas non minore, quam alii, pertinacia defendunt, denique incredibili quadam audacia integros cœtus, utpote Lutheranum, Papisticum, Reformatum promiscue damnant, & hoc ipso contra charitatis præcepta agunt, & omnium pessimi sunt Sectarii. Falso igitur, & per calumniam subsumpsit adversarius: Die Liebe sey gar bey keiner Secte zu finden. Nihilo sanior conclusio est: Ich schliesse ganz sicher/ die Lutherische Kirche sofern sie Lutherisch / die Reformirte / Papistische / Pietistische &c. ist nicht die wahre Kirche/ und ihre Religion nicht die wahre reine Christliche Religion. Pulchre infert. Sequetur igitur, *nullam dari amplius in terris Ecclesiam visibilem*. Qvo nihil absurdus. Exceperit forte fanaticus: *non sequi. Superesse enim Ecclesiam apud Indifferentistas, Libertinos, medios. R.* Atqui sufficere hi sibi putant, si *invisibilis Ecclesiæ* sint membra quod constat ex §. 28. Ad *visibilem* ne ipsi quidem referri desiderant. Qvi ergo eandem constituent? Addo, puram Verbi & Sacramentorum dispensationem eosdem contemnere, charitatem vero negligere. Ex defectu *coexistentium notarum* rem ipsam non adesse recte concludero.

§. XIV. Hactenus demonstrasse sibi videtur fanaticus, quemlibet in qualibet religione, iis saltem, quæ omnium consensione sunt Christianæ, utpote Papistica, Reformatata & Lutherana, salvari posse. Unum sibi restare videt scrupulum, de *Socinianis* quid sit habendum, quippe quos ob negatam, moroseque rejectam æternam naturalemque Filii DEI, & Spiritus S. divinitatem ne nomine quidem Christiano dignandos esse plerique omnes Theologi arbitrantur. Parum vero abest, quin Noster singulari, ob

F

erro-

errorum societatem, in eos studio ductus de illata ipsis injuria conqveratur: Ich wil hier nicht untersuchen/ inqvīt, ob/ und worinnen man den Socinianern Unrecht thue? Scilicet Neutralibus ac Libertinis solenne est, ut Hæreticorum omnium suscepto patrociniō artes illorum & maleficia vel obiter tangant, vel prorsus disimulent, recti si quid fecerunt, studiose conqvīrant, mireqve amplificatum summis in cœlum laudibus evehant, honestatis & castimonīæ speciem hæreticis familiarem deprædicent, crâsius atrociusqve dicta excusent, argumenta contra veritatem allata ceu nervosa, mireqve stringentia collaudent, svaviterqve insinuent, ab aliis, merito licet suo, vexatos ceu homines innocentissimos & veritatis testes miserentur ac plorent. Orthodoxorum e contrario nævos protractos in lucem oculis omnium exponunt, proluxeqve, & data opera describunt, repetunt etiam, indignissimeqve exaggerant, Virtutis ac seriæ pietatis studium vel frigide laudant, vel prorsus obliterant, peregrina ipsis consilia affingunt, Zelum in asserenda veritate inviso rixositatis, & hæretificiī nomine traducunt, omnem deniqve culpam hæreticis detractam in eorundem terga conjiciunt. Exemplum fisto *G. Arnoldum*, hominem infestandæ Ecclesiæ, & corrupendis antiqvitatibus natum, qvi fœdus cum hæreticis perpetuum pactus, qvum multa pro his magnifice, multa in Orthodoxos contumeliose dixisset, ubi ad *Michaelem Servetum* Socinianorum omnium principem pervenit, laudato ejus libello, qvōd *desiderium peregrinum* inscribitur, subjungit: Dieses Buch/ so hin und wieder hochbeliebet und gelobet wird/ rühret von die en verdamten und zu Pulver verbranntten Keger her/ welches noch ein öffentlicher Zeuge NB. seines wahren und tieffen Grundes im Christenthum ist. Vid. *Hæresol. P. II. L. XVI. c. XXXIII. n. 3. f. 406.* Hujus æmulator ingenium Libertinus, Magistrum haud dubie suam Thomasiū, eundemqve Arnoldinæ historia

storiæ præposterum Encomiasten secutus. Monet igitur, inquirere se nolle, an, & quousque Socinianis fiat injuria: hoc unum se velle discere, *uter* horum sit *pejor*, homo *Socinianus*, erroribus de Christo innutritus; an *Christianus recte* quidem suo de Servatore instructus, sed moribus corruptus. Suo quidem judicio hunc illo nihilo meliorem, forsam etiam deteriorem esse. Jam quum Christianum, corruptis licet moribus, converti posse omnes admittant, quin idem beneficium Sociniano evenire possit, dubitandum non esse: *Ἐπιμένως* etiam Socinianum sua in religione salvari posse. Respondeo autem (1.) si quam Socinianis factam esse injuriam suspicatur fanaticus, cur non, quænam sit illa, edisserit? Huc dum ne ipsos quidem adversarios hac de re facile quæstos fuisse memini. Cur igitur hac illis formula patrocinetur Fridlibius? Quod si (2.) quæritur *uter* altero *melior* sit vel *deterior*, Christianus improbus, an Socinista hæreticus? tum id intelligi potest vel de *gradibus reatus & culpæ*, vel de *majori* aut *minori aptitudine & habilitate ad convertendum*. Si de *priori* quæritur, fateor impium *Christianum majore* premi reatu, quam *Socinistam*. Tyriis quippe & Sidoniis tolerabilius, futurum est in die extremi judicii, quam Chorazin & Bethsaidæ *Matt. XI, 22. 23*. Servus autem sciens voluntatem Domini, & non faciens duplo vapulabit *Luc. XII, 47*. Duplex pœna reatum duplicem arguit. Addo tamen distingvi oportere, quæ Socinianos, inter *Seductos* & *Seductores*. Hos, quæ reatum, non modo nihilo *meliores* Christianis, sed etiam *pejores* crediderim, utpote qui, licet ab orthodoxis ita sint confutati, ut nihil solidi possint excipere, errores tamen suos retinent ac pertinaciter defendunt, veritatem quoque cœlestem non raro exagitant, hostiliterque impugnant. Hi repulsa illuminationis gratia, ab homine Christiano, licet improbo, ad-

missa, cum *veritate* ipsam quoque *sanctimoniam* haud dubie per dunt, culpamq; aggravant. Hæretici enim & ἀσέβητοι, pervertunt Scripturas ad suam ipsorum ἀπίσταν, 2. Pet. III, 16. quæ antegressi reatus magnitudinem evidenter insinuat. In *seductis*, qui *aliena* magis culpa, quam *sua* errant, minor reatus est, quam in impiis Christianis, qui sciunt voluntatem hominis, nec tamen vel præparant sese, vel facienda observant. Si autem de *major* vel *minor*e ad conversionem *aptitudine* quærat, nego perinde idoneos esse, Christianum & Socinistam. *Hic* enim conceptus salutare nec *habet*, nec *applicat*. *Ille* *habet*, ut ut pro eo, ac debet, non *applicet*. Quibuscumque enim intemperis in veritatem debacchentur fanatici, constans tamen perpetuoque duratura sententia est, correctionem *voluntatis* ab emendatione *intellectus* pendere, nec *sanctitatem* in homine ante *veritatem* adesse posse. Causas superiore Dissertatione attulimus. Neque tamen propterea hominem Socinianum converti posse *simpliciter* negamus. Tantum per *religionem* suam converti posse negamus. Distingvimus inter Socinianum *specificative*, & *reduplicative* sumptum. Posteriore modo nec converti, nec salvari posse statuimus. Causam cupis? Quia non credit in nomen filii Dei unigeniti Jo. III, 17. Qui vero filium negat, nec patrem habet 1. Jo. II, 23. Ergo est atheus. Eph. II, 12. Plura videtis *Sup. Dissert. §. XIII.* Specificative sumptum, perinde ut Judæum vel Mahumedanum, converti posse admittimus, non tamen per *religionis* suæ *doctrinas*, sed vel per *purum Dei verbum* ab alio quocumque modo, haustum, vel per residuas cætui Sociniano *Scripturas*, quæ uti in se perspicuæ sunt, sic legentem vel audientem ita movere ac immutare possunt, ut sensum concipiat *Doctorum* quidem suorum *opinionum contrarium*, veruntamen a *Spiritu S.* intentum, cujus beneficio Christum servatorem suum, verum ac naturalem esse Deum agnoscat, præstitamque ab illo satisfactionem vera sibi fiducia applicet, Deumque adeo in Spiritu & veritate adoret. Hoc pacto emendatum, ceteris tamen paribus, salvari posse concedimus veruntamen non ut *Socinistam*, (neque enim est amplius de secta, quod fatetur fanaticus,) sed ut *Christianum*. Concludimus, nec homines in *Sociniana*, quæ tali, nec quemlibet in *qualibet religione* salvari posse.

,
7.
N,
s.

di
se
se
fi
)
r-
ni
is
o-
o-
m
r-
r-
ii
,
,



AB: 153151

ULB Halle

3

002 635 879




TA-306

Hi. 73.







29. c.

Q. D. B. VI!
DISPUTATIO III.

qua
**INDIFFERENTISMUM
RELIGIONUM,**

sub Erici Fridlibi larva
impie defensum,

*In celeberrima ad Albim Academia
examinant juxta & improbant*

PRÆSES
GOTTLIEB VVERNSDORFIUS,
Theol. D. & P. P. Extraord. Collegiique
Philos. Adj.

&
RESPONDENS
LUDOVICUS BREDOVV,
Berolinensis.

d. Octobr. A. R. S. c1713cc1.

VITEMBERGÆ,
Prelo CHRISTIANI GERDESII.